

De precepto VIII

abbati. Et missus est illi obolus suus cuius magna velocitate. quae ut mox recepit pulsus expiravit et celi gaudia intravit.

De octavo precepto.

Non falsus testimonium dices: ubi secundum Augustinum phibetur omne nocuum quod quis per falsitatem oris ledit proximum. Et contra preceptum faciunt octo genera hominum. Primi sunt falsi testes et mendaces homines qui pravis hominibus proximos nocere volentibus prestant auxilium per suum falsum testimonium. Pro quo sciendum quod falsus testis in falso testimonio multa mala committit. Primo animam propriam occidit cuius suo mendacio et falso testimonio Sapientia. j. Os quod mentis occidit animas. Secundo christum negat: quia corruptio veritatis est negatio dei. Unde qui veritatem negat christum negat. Imo est valde horrendum nomen dei assumere in testimonium falsitatis. Tertio proximum ledit et damnificat aut in rebus aut in fama aut in persona. id est in corpore cuius suo falso testimonio. Ergo quilibet talis bonus homo sic lesus potest dicere cum christo illud psalmi. Insurrexerunt in me testes iniqui. Notandum quod Iob. scilicet d. scilicet d. q. lxx. dicit: quod falsus testis peccat mortaliter: et tenet ad restitutionem omnium. xliij. q. v. Pro sane. q. vj. Si res aliena. Et tales puniuntur a deo non solum in futuro sed etiam in presenti quibus. Exemplum patet infra. vij. R. Sequitur de mendacio per quo nota quod mendacium est falsa significatio vocis cum intentione fallendi. Unde dicitur utrum maius peccatum sit mentiri verbo vel facto: Respondeo secundum Iob. in quodlibet. Cuius eadem intentio sit fallendi in utroque uterque peccat equaliter. Verbum enim et factum assumuntur ut instrumentum fallendi.

di. unde non refert quantum ad peccatum utrum aliquis verbo scripto vel nutu vel quocumque facto mentitur: sicut nec refert quantum ad homicidium utrum aliquis gladio vel securi interficiat. Itaque queritur in quo differt mendacium a falso: Respondeo: falsum dicitur quicumque credit se verum dicere: et tamen hoc id est quod estimat verum esse non est verum. Sed mentiri est quando aliquis loquitur aliquid quod veraciter scit non esse verum: et sic contra mentem propriam loquitur. Nam et mentiri dicitur quasi contra mentem ire. Ergo difficulter vel nunquam potest aliquis scire aliquem mentiri: nisi solus deus: quia quando falsum loquitur quod credit esse verum non mentitur sed falsum loquitur. Sciendum quod quinquaginta sunt quae possunt valere ad detestationem huius peccati mendacii. Primum quod istud peccatum est diabolicum: quia primum mendacium commisit diabolus: ut habetur Genesim. ij. Cuius dixit primum parentibus nostris nequaquam moriemini. Unde Iob. vij. legitur de diabolo. Cum loquitur mendacium ex propriis loquitur: quia mendax est et pater eius. Ergo mendax habet linguam diabolicam. Secundum est hoc quod illud peccatum inquinat membrum in quo magis indecens est immundicia scilicet os hominis. Reddit enim illud abominabile deo. Unde Proverbia. xij. Abominatio est deo labia mendacia. Si aliquis os suum apertum haberet muscarum et alijs rebus immundis quocumque vellet ibi intrare: et promitteret eas ibi nidificare: os eius abominabile esset hominibus sic os mendax abominabile est deo: cum immundicia mendacii plus displiceat deo quam immundicia muscarum. Tertium est quod illud peccatum hominem facit similem falso monete: ergo quantum

De precepto VIII

preualet florenus bonus floreno falso: tanto preualet homo verax homini falso et mendaci. vnus bonus florenus valet plus quam mille falsi. Et vnus homo verax preualet mille mendacibus. Et sicut falsa moneta non valet nec ad emendum nec ad vendendum. sic homo mendax ad nihilum valet nisi ad gehenam.

¶ Quartum est quod mendacium est quoddam venenum quod tate efficacie est quod in ipso homine existens animam interficit. Juxta illud Sap. 1. Os quod mentitur occidit animam. Ergo mendaces habent linguam venenatam. Et mirum est quomodo illi miseri homines non timent illud venenum quod in ore sentiunt.

¶ Quintum est quod hoc peccatum multum displicet deo et hominibus. Quia sicut deus multum diligit veritatem. secundum illud psalmi. Ecce enim veritatem dilexisti. Sic conuerso odit mendacium. psalmi. Perdes omnes qui loquuntur mendacium. Unde Aug. Merito perditur mentiens. quia declinat ab eo quod est in id quod non est. Insuper etiam mendacium abominabile est coram hominibus. Et veritas conuerso valde commendabilis est coram hominibus. Quid enim est laudabile et honorabile nisi habere tale verbum. Ille est verax in verbis et iustus in factis. Et quod vituperabile nisi ille est mendax in verbis et fallax in factis. et cum duo permittit vix vnum soluit.

¶ Unde notandum quod qui se vult a peccato mendacii cauere oportet quod remoueat a se occasiones mendacii que sunt duae. Prima est cupiditas. quia ex cupiditate et auaricia plura mendacia procedunt. ut patet in modernis mercatoribus et alijs pluribus peccatoribus. Secunda est timor mundanus. hoc enim timore peccator christum ternegauit dicens: non noui hominem.

¶ Et sciendum quod mendacium est triplex

scilicet perniciosum et officiosum et iocosum. In primo offendunt illi qui mentiuntur contra fidei veritatem. ut qui christum dicerent esse natum non ex maria virgine. et huiusmodi. Item secundo offendunt illi qui per mendacium ledunt proximi famam et honorem: sicut est mendacium falsae de tractionis. Item tertio offendunt illi qui per mendacium proximum damnificant in bonis exterioribus. Sicut illi qui falsum aliquod deferunt iudici vel tyranno. Et qui falsum testimonium contra aliquem in causa pecuniaria deponunt: ex quibus proximus damnificatur. Circa quod queritur quid de teste falso: Respondeo secundum Theobaldum. se. se. q. lxx. Testis falsus peccat mortaliter in quantum per iuramentum et in quantum facit contra iustitiam et contra id de quo est speciale preceptum in decalogo. Et talis indubitanter tenetur ad restitutionem omnium que proximo eius amisit per eius testimonium. xiiij. q. v. Non sane. Et. q. vi. Si res aliena. Queritur utrum liceat testi aliquid recipere: Respondeo pro ferendo testimonio nihil debet accipere: nisi tamen expensas ab illo qui eum producit. iij. q. iij. Venturis. Et si accepit turpiter accepit. Et restituet ei a quo recepit: nisi ille dederit ad corruptendum testem. Tunc enim debet dare ei in cuius iniuriam accepit. Secundo circa mendacium officiosum primo offendunt illi qui ex quadam pietate mentiuntur pro conseruanda vita proximi. Ut si quis videat homines queri ad mortem. dicat se non vidisse eum. Secundo circa hoc offendunt illi qui mentiuntur pro conseruanda hominis continentia. ut si virgo volenti eas deflorare mentiatur et dicat se esse coniugatam. Tertio circa hoc offendunt qui mentiuntur conseruando hominis exteriori substantiam. ut si quis videret perdonem

aliquem velle spoliare: dicat sibi peccas
sibi: qz nō portat pecuniā. Circa qz q̄-
ritur vnum sit licituz mentiri p̄ libe-
rationē hoīs a q̄cunqz piculo: R̄spondeo
fm Tho. se. se. q. cr. Non. sed licet veri-
tatem occultare prouidenter sub aliq̄
dissimulatiōe. Et etiā Aug⁹ dicit:
quia fm doctores oē q̄dem mēdaciuz
ē peccatū ad minus veniale sicut ioco-
sum. Sed p̄niciosū semp est mortale.
quia ē contra charitates dei 7 pximi.
Tertio circa mendaciū iocosum of-
fendūt illi p̄mo q̄ mentiūtur p̄ releuā-
do merore 7 tedio. sicut illi qui aliqua
ludrica fingūt vt hoīem melancolicū
exhilarant. Secūdo circa idem offen-
dūt illi qui mentiūt p̄ aliquoz solati-
o. Sicut illi q̄ ex cupiditate alijs cō-
placēdi fingūt aliqua iocosa menda-
cia: vt eos ad risum puocēt. Tertio cir-
ca idem offendūt illi qui mentiunt ex
adulatione iocosa. sicut q̄ false cōmē-
dant hoīem vt ex eo magis placeant.
Secūdi qui in hoc p̄cepto offen-
dunt sunt derisores q̄ offendunt p̄-
mū deridendo 7 subsannādo. Et q̄li-
bet talis adūtere debet illud. Subsannā-
nās subsannabit: 7 deridēs deridebi-
tur. **C**irca quod q̄ritur vtrū derisio
sit peccatū mortale: R̄spondeo fm Tho.
se. se. q. lxxv. Dicendū qz quādo quis
malum alicuius p̄sonę vel defectuz in-
risum vel luduz ponit derisio dicit. Et
si quidē hoc fiat inquātum malū est
parū fm se: sic derisio ē veniale pecca-
tum. Sed q̄n accipit q̄si p̄mū ratione
p̄sonę: sic aliquē deridere: est euz oīno
parū pendere 7 tam vilem estimare vt
de eius malo nō sit curandū sed sit q̄si
p̄ ludo habēdus. Et sic derisio ē mor-
tale peccatuz. Et tanto graui⁹ quāto
maior reuerentia debetur p̄sonę q̄ irri-
detur. Unde grauiissimū peccatū ē ir-

ridere deū: 7 ea quę dei sunt. Sicut be-
atā virginē 7 sanctos. Secūdo ē graui⁹
derisio parentū: qz in maiori reueren-
tia sunt habēdi. Tertio derisio iustoz
p̄ quam etiā homines de bene agendo
impediunt. **T**ertij sunt discordiaz
inter homines seminātes: qd peccatuz
dñs iter omnia alia maxima detestat
sicut per oppositū i cordis charitate: 7
cordiū vnitate maxime delectat. **U**n-
illi christi reuerentiā plus p̄turbāt: q̄
ille qui latus eius lācea aperuit: vel q̄
ipsum cruci clavis affixit. **Q**ui ratio ē
fm Henri. de fir. quia tales eius san-
guinem euacuāt p̄ quem omnia paci-
ficauit: siue in celis siue in terris sint.
Ite illud pctm op⁹ est diabolicuz 7 cō-
trarium operi christi. **U**nde d̄ diabo-
lo scriptū est. Job. x. qz dispergit oues
christus vero de se dicit Mat. xij. Qui
nō cōgregat mecū dispergit. Ad chri-
stum et ad seruos eius p̄tinet in pace
viuere 7 pacificare. **U**nde Mat. v.
Beati pacifici quoniā filij dei voca-
bunt. **U**n Greg⁹ in pastoralī. Si dei
vocant filij qui pacem faciūt: p̄culdix-
bio sathane sunt filij qui eā cōfidunt.
Quarti sunt qui fraudulenter p̄xi-
mo loquūtur: q̄ habēt mel in ore et fel
in corde: 7 sic pximos decipiunt 7 tra-
dunt. **U**n. **L**ū bonū facis 7 in corde ma-
lū meditaris. **O**scula q̄ iudas dño de-
dit hec mibi tu das. Et scienduz qz q̄n
aliquis fraudulēter bonum loquit de
alio: 7 vult qz audiens euz loquat op-
positū 7 malū de eodē tūc talis dupli-
citer peccat. **P**rimo i seipsum: qz frau-
dulenter loquitur. **S**ecūdo in pximum
cui nititur dare occasionē obloquēdi.
Quinti sunt q̄ pximum euz vitij⁹
et impropertis perturbant. Et isti fm
Henri. d̄ fir. spiritualiter in faciē chri-
sti spuunt: 7 sp̄tis verborum suorū

De precepto VIII

amabiles eius faciem inficiunt. Unde autoritas. Faciem christi videtur alapis confundere: qui primum in presentia nititur confundere. Queritur vtrum contumelia siue conuitium sit peccatum mortale: Respondeo quod proprie et per se loquendo: tunc est peccatum mortale. Et non minus quam furtum vel rapina: maxime quando loquitur animo de honestate proximi. Et ratio huius est. Quia homo non minus amat honorem suum qui ei per tale conuitium auferatur: quam rem possessam que per furtum vel rapinam ei auferretur. Ergo quicumque obiicit proximo suo defectus suos iniuriose sine culpa: ut dicendo: tu es fur: vel tu es adulter: vel vsu rarius: vel medax: vel tu ibi hoc fecisti vel ibi sic vixisti: et taliter egisti. Et etiam defectus per se innate: ut dicendo: tu es cecus et gibbosus: vel scabiosus: et sic de alijs: enim confundendo mortaliter peccat: et reus erit eterne pene. Unde Matth. v. dicit christus. Qui dixerit fratri suo fatue (cum supple confundendo) reus erit gehene ignis. Quod tunc rei sunt qui parentibus suis contumelias inferunt ut dicendo. Tu antique stultus: vel alio quocumque modo eis maledicendo tales filij incurrunt eternam maledictionem. Unde Exo. xxj. Qui maledixerit patri vel matri morte moriatur supple eterna. Queritur vtrum causa correctionis liceat conuitium dicere: Respondeo secundum Tho. se. se. q. lxxij. Sicut licitum est aliquem verberare vel in rebus damnificare causa discipline. Sic potest etiam aliquis alteri quem corrigere debet: aliquid verbum conuitiosum dicere. Et hoc modo dominus vocauit discipulos suos: qui ierunt in emaus quibus apparuit in via post resurrectionem suam: stultos dicens: O stulti et tardi ad credendum in omnibus que locuti sunt

prophete. Nonne sic oportuit pati christum: et sic intrare gloriam suam: ut patet Luc. vlt. Similiter et apostolus paulus Galathas nominauit insensatos dicens O insensati Galathee Tamē sicut dicit Aug. Ex magna necessitate obiurgationes sunt adhibende. Ergo non leuiter sunt proferende. Item queritur vtrum homo contumelias sibi illatas debeat sustinere: Respondeo secundum Tho. vbi supra. Sicut in alijs iniurijs sic in verbis contumeliosis tenemur habere animum preparatum ad tolerantiam si expediens fuerit. Quoadque tamen oportet ut contumeliam repellamus propter tria. Primo quidem propter bonum eius qui contumeliam infert: ut videlicet eius audacia reprimatur: et idcirco talia non attemptet. Secundo propter famam nostram: quia quilibet tenetur defendere famam suam. Quia secundum Aug. Qui famam suam negligit crudelis est. Et quia secundum Salomonem. Melius est nomen bonum quam diuitie multe. Tertio propter bonum multorum quorum profectus per contumelias nobis illatas impeditur. Unde Aug. Duo sunt tibi necessaria scilicet conscientia et fama. Conscientia propter te: et fama propter proximum. Sexti sunt qui proximum verbis rixosis ad iram prouocant. Et talis qui prouocat scienter proximum ad iracundiam omnium peccatorum que ille in tali ira committit siue in verbis siue in factis reus erit. Quia iracundia est ianua omnium vitiorum: merito sibi quilibet cauere deberet ne alium prouocaret. Contra hoc faciunt isti qui annosos homines prouocant vel alios homines passionatos qui cito prouocantur ad iram: et in hoc volunt recreari quod tamen vergit in periculum animarum ipsarum. Et grauius in futuro pro talibus solatis punietur
h 3

Quia omnes maledictiões ⁊ blasphemias ⁊ cōminationes quas iste sic puocatus pferat ipsi lugebūt. Quia ē regula cōmunis q̄ qui occasione damni dat: damnu dedit videt. Et christus dicit in euangelio, Omnis q̄ irascitur fratri suo re⁹ erit iudicio. Quid tunc ille reus erit qui non solum irascitur sed etiam qui pximū suum ad irā puocat: **Uñ** sollicitē vxor cauere debet: ne maritum suū ad iram puocet alias omniū peccatorum que ipse ī tali ira cōmittit: ipsa particeps erit. Et sic similiter intelligendum est de marito: q̄ non debet puocare vxores nec filios nec familiam ad iracundiam: et sic de alijs. **S**eptimi sunt qui proximis suis detrahūt. Et talis detractione sermōdis cōmittitur Et audire detractionem quādo est peccatum mortale ⁊ quādo non: hoc q̄re antea. v. **Q. R.**

Octavi sunt qui in verbis procacibus ⁊ lasciuis pximum scandalicant et mentis integritatem corrumpunt. **Uñ** de. j. **Cor.** xv. Corrupūt bonos mores colloquia praua. **Ite** **Eph.** v. Fornicatio autē ⁊ omnis imundicia aut auaricia nec nomine in vobis sicut decet sanctos. **C**ontra hoc plures faciūt qui verba scurrilia ⁊ luxuriosa proferunt per que pximos ad malas cōcupiscentias puocant: ⁊ in hoc deū graniter offendunt. Et tunc cuz tales corriguntur: tunc dicunt q̄ non denotent corde sicut proferūt ore: quod tamen est falsū. **Uñ** **Christus** dicit in euangelio, Ex abundantia cordis os loquitur. Ergo qui talia verba proferunt siue sint viri siue mulieres in his ostendunt se habere impudiciā cordis. **Uñ** **Chryso.** super **Iohannē.** Quale cor habet vnusq̄sq̄ talia verba loquitur ⁊ opera facit: hoc etiā pa-

tet in bonis ⁊ hōnestis ⁊ pudicis hominibus: qui nunq̄ vel raro talia proferunt: sed iesum christum sepius nominant eo q̄ versatur in cordibus ipsoꝝ hoc patet ī beato **Ignatio** martyre q̄ in tormentis positus sepius iesum nominauit. Et requisitus quare hoc nomen toties nominaret dixit: Quia **B** nomen scriptum habeo in corde meo ⁊ reticere non possum. Et tortores post mortem eius cor extraxerunt de corpore et illud in partes sciderunt: ⁊ ī quolibet parte fuit scriptum hoc nomen iesus anreis litteris. Ergo qui libet christianus se cauere debet a verbis malis ⁊ scurrilibus ⁊ luxuriosis. **Uñ** **Ihd.** de sum. bono. Mali sermōnes in ore christiani esse non debent. **H**oc etiam ostendit ap̄lus dicens: Omnis sermo mal⁹ ex ore vestro non pcedat. Et merito quia fm̄ dictum christi in euangelio. De omni vto ocioſo reddiduri sumus rationē. Multo fortius d̄ verbis scurrilibus ⁊ nocuis. Ergo merito q̄ libet nostrum debet a deo petere cuz p̄ dicēs: **H**one dñe custodiam ori meo vt nō delinquā in lingua mea. Et nota p̄ conclusionē octauī p̄cepti scilicet de falso testimonio quomodo falsi testes puniant quādoq̄ in p̄senti: quādoq̄ ī futuro: ⁊ de hoc pono tale exemplum. Legitur q̄ quidā bonus homo ⁊ iustus p̄pter rigorem iusticię a q̄busdam malis hominib⁹ odiebat: vnde imposuerunt sibi falsa crimina que et iuramento cōfirmauerunt: eo q̄ nō facilliter credebant eis homines p̄pter excellentiam vite illius boni hominis. Et p̄m⁹ ait: nisi ita sit vt p̄ferā igne perēā. **S**ecūdu⁹ dixit morbo regio ledar in toto corpore non ita sit. **T**erti⁹ oculos perdā: nisi ita res se habeat. **Q**uod totū licenit illis p̄pter peccatū perij et

De precepto IX

falsi testimonij. Nam primus testis falsus mox a plaga ignis exustus est. Secundus a pedibus usque ad caput consumitur: quia putridus factus est. Tertius talia audiens et videns et de seipso timens: factum reuelavit et postmodum cecus effectus est. Unde de hoc dicit Salomō Prov. xix. Falsus testis non erit impunitus. ¶ De nono precepto.

Non concupisces

rem proximi tui. Superius in septimo precepto prohibuit furtum; hic autem prohibet concupiscentiam cordis dicens: Non concupisces rem proximi tui. Et sciendum quod contra hoc preceptum faciunt decem genera hominum. Primi sunt qui concupiscunt bona aliorum: et scientes quod non possunt obtinere rem concupitam non persequuntur concupiscentiam. Si autem scirent se posse consequi concupitam: forsitan fortissime conareretur ad persequendam concupiscentiam in effectum: et isti taliter concupiscendo mortaliter peccant. ¶ Secundi sunt qui aliena concupiscunt et cum omni conatu exteriori laborant pro tali re illicite obtinenda quam quis non obtineant: peccant tamen mortaliter: quod apparet in fure et latrone pro furto et rapina laborante qui licet in effectu non fuerentur nec rapiant: mortaliter tamen peccant et gravius quam primi. Si autem pravus conatus assequuntur appetita: adhuc gravius peccant: ut patet in furibus et latronibus rem concupitam illicite obtinentibus. Et istis nunquam remittitur peccatum: nisi prius restituat ablatum: ut Augustinus dicit. De modo tamen habeant facultatem restituendi. ¶ Tertij qui concupiscunt bona aliorum iniuste: et habent spem ut ea sibi possint acquirere: sed non audent attemptare

propter timorem corporis et honoris. Sed si scirent se posse evadere: persequerentur toto conatu: et sic non propter deum dimittunt: sed propter timorem et confusionem humanam. ¶ Quarti sunt qui concupiscunt iustas res sed ad malum finem: id est ad peccandum: ut puta ad vanam gloriam exercendam: vel ad luxuriam vel ad crapulam. Sicut ille dives de quo scribitur Luc. xvj. qui epulabatur quotidie splendide. Ergo quicumque videret aliquem ludere: et pecuniam lucrari vel usurarium usuras exercere: vel videret superbias vestium: et sic de alijs. Et sic ad talem finem desideraret etiam habere divitias: ut sic etiam contra deum posset vivere: peccat contra hoc preceptum. Et secundum hunc intellectum non solum contra illud preceptum: faciunt illi quod aliena concupiscunt: sed etiam quod sua propria male et illicite expendunt ut pro populi et voluptuosi tesserarum et bimoi. ¶ Quinti sunt qui cum nimio appetitu et amore afficiuntur ad temporalia: quibus non iniuste velent ea acquirere: tamen quando ille appetitus et amor temporalium superat vel precellit amorem dei et appetitum proprie salutis: sic quod mens suffocatur ex toto: tales etiam graviter peccant. Sed heu plures sunt qui totum cor suum occupant cum talibus: sic quod raro vel nunquam de deo vel propria salute cogitant. ¶ Sexti sunt qui avaros possident et retinent sua iusta bona cum nimia tenacitate et cum insatiabili cupiditate sic quod de superfluis pauperibus non subveniunt secundum iussum christi qui dicit Luc. xj. Quod superest date elemosinas. Et de his dicit Hieronymus scilicet: quod si superflua tenent que danda essent: tunc si ex tali tenacitate superfluum alij magnam penuriam sustinerent: ut puta qui teneret superfluum bladum vinum vel huiusmodi victualia